Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque

ad Arum Fisci 1899.
797.

G.
1.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Gnosi Josephi Dunin Commilitonis Cohortis Loricatæ Exercitûs Regni Nostri faciendum esse duximus, ut Jus Advitalitium quod Ipsi super Villam Uciskow dictam in Pltu Sandomiriensi et Districtu Visliciensi sitam servit, Gnosæ quoq Marianna de Lopacki Consorti ejus lgmæ daremus et communicaremus, prout quidem præsentibus Literis Nostris damus et Communicamus. Quam quidem Villam cum Prædio, aedificijs, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, Borris, Gajs, Nemoribus, Stagnis, Piscinis, Lacubus, fluvijs, fluminibus, Molendinis, Braxatorijs, Tabernis, Subditis, eorumq diurnis laboribus, Censibus, Dationibus, Commodis et emolumentis, Cunctis deniq attinentijs et pertinentijs, nullis penitus exceptis, sed ita, late, longè et circumferentialiter prout ab antiquis et immediatis Possessoribus tenebatur, præfati Gnosi Josephus Dunin et Marianna de Lopacki Conjuges ambo et insolidum tenebunt, habebunt et possidebunt vel uno vita functo alter eorum Superstes tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srmis Succoribus Nris, non esse Nos et Srmos Succores Nros ab usu et pacifica possessione dictæ Villæ præfatos Gnosos Dunin Conjuges ambos amoturos, neq amovendi potestatem cuipiam daturos, sed Salvum et integrum Jus Advitalitiale eisdem conservaturos, quod et Srmi Succores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis constitutam per Lustratores ad mentem Novellæ Legis quartam partem proventuum stato tempore quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus, Reipcæ, Ecclesiæq Romano Catholicæ [illegible] manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIV Mensis 9bris Anno Dñi MDCCLXVI. Regni verò Nostri III Anno

Stanislaus Augustus Rex

Jus communicativum super Villam Uciskow dictam in Pltu Sandomiriensi et Dictu Visliciensi jacentem Gnosæ Mariannæ de Lopacki Gnosi Josephi Dunin Commilitonis Cohortis Loricatæ Exercitûs Regni Consorti legitimæ datur.

Antonius Sikorski Sæ Rœ Mtis
et Sigilli Regni Secretarius

9154

1797

P B

Pro Cancellariatu

Illmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Nominati Episcopi Premisliensis
ProCancellarij Regni

Sigillatum

462

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy
BIBLIOTEKA Główna

Rkp 1224/6